

omnes quibus sanum est iudicium, fatebuntur, et A rum causas, et eorum naturas, significationes quo- spero nullum juste clamaturum frustra nos post- que et accidentia : his enim ignoratis, corrigere quæ- tantos viros scripsisse, et si fatear quod bene dix- rant quæ dixerunt, sed utilitati consulere publica- præter naturam se habent, et curare infirma est- runt quæ dixerunt, sed utilitati consulere publica- impossibile. Non tradidimus autem, nisi vel a nobis- volui, non mei nominis gloriæ, ad quam me nihil vel ab aliis experimento comprobata, et ratione- dixisse bene videbit tua paternitas. Cupio enim in- certe cognita, ut certum sit aliter se habere non- stituere medicum, sanis conservare valetudinem posse. Tuæ paternitati nos commendamus semper,- bonam, non sanis, amissam restituere commode. et eam semper valere cupimus.

Et propter hanc causam tam diligenter dixi morbo-

ANNO DOMINI MXCIX

DEUSDEDIT

SANCTÆ ECCLESİÆ ROMANÆ PRESBYTER CARDINALIS TITULI APOSTOLORUM IN EUDOXIA

NOTITIA HISTORICA

(Apud FABRIC., *Bibliotheca med. et inf. Lat.*, t. II, p. 25)

Deusdedit, aliis *Deodatus*, cardinalis presbyter et propugnator acris partium Gregorii VII pontificis, defunctus anno 1099. Scripsit libros quatuor *De verbis ecclesiasticis* ad Victorem III, Gregorii VII ann. 1086 successorem, sive Compendium canonum ms. in bibliotheca Vaticana; præterea librum quadripartitum *De privilegiis et auctoritate Ecclesiæ Romanæ statusque ecclesiastici, et adversus rerum ecclesiasticarum invasores, Simoniacos et schismaticos, Guibertinos*, ut vocat anonymus Mellicensis cap. 113, et *Henricianos*, hoc est, qui cum Guiberto sive Clemente III antipapa, et Henrico IV imperatore faciebant, unde *Wigbertinam et Henricianam hæresim* jungit Urspergensis pag. 247. Mirum est his libris locum datum non esse in Bibliotheca maxima pontificia Joannis Thomæ Rocaberti.

DISSERTATIO

DE COLLECTIONE MANUSCRIPTA VATICANA CARDINALIS DEUSDEDIT.

Aliquot documenta hactenus inedita complectens.

(Vide Ballerini *Disquisitionem de antiquis collectionibus et collectoribus canonum*, parte IV, cap. 14, *Patrologiæ* tom. LVI, opp. Leonis Magni III, col. 330.)

CARDINALIS DEUSDEDIT

PRÆFATIO IN SUAM CANONUM COLLECTIONEM.

Beatissimo atque apostolico viro pontifici domno papæ Victori tertio et omni clero sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Deusdedit, exiguus presbyter tituli Apostolorum in Eudoxia.

Novit beatitudo vestra quod sancta Romana Ecclesia idcirco omnium Ecclesiarum mater scribitur et creditur, quoniam B. Petrus ipsius institutor prius patriarchalibus sedibus in Oriente, et postea elatere

suo primos dedit pastores omnibus urbibus quæ sunt in Occidente. Ipsi apostolo hæc ordinatio maxime competebat, cui principaliter Christus Dei Filius, cælestis regni clavibus traditis, suas oves pascere jusserrat, cuique fratres suos in eadem fide confirmare præceperat. Cujus tam excellentissimi privilegii insignia munera diligenter attendentes 318 Patres qui in Nicæno conseruerunt concilio, statuerunt (ut